



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

III. De partu monstroso.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

78 *Institutionum Pastoralium*
sa incumbet : quare, si opus est autho-
ritate Magistratūs , aut comminatio-
ne delationis ad Episcopum , quoquā
modo rem vrge , huiusq; diligentia
testes adhibe , vt de præstito tuo offi-
cio constet . Multa , iñquies , man-
das : verum est , sed tanti est , infanti
extremè periclitanti Parochum non
defuisse .

NVM: III.

De partu monstroso.

Si partus prouenit ex patre bruto
matre homine , ne baptiza ; bru-
tum est , non homo. Si bestia foemella
peperit ex viro , baptiza saltem sub
conditione , si es homo : quod si duo
humana capita , vel humana pectora
compareant , primò vnum baptiza , &
mox alterum : Sed hoc sub conditio-
ne , si due adsint animæ. Verum in por-
tentosis eiusmodi foetibus consultum
est consulere Episcopum , audireque
Medicos , si tempus patitur ; præset-
tim si caput , aut pectus non sit huma-
num ,

num. Si res vrget, & dubium remanet,
baptiza; sed sub conditione, si hu-
mo es.

NVM: IV.

*De rebaptizandis, à laicis, vel obstetrici-
bus in necessitate baptizatis.*

NEminem rite baptizatum reba-
ptizes, ne fias sacrilegus, & irre-
gularis ; si tamen meritò dubites de
valore prioris baptismi, & post dili-
gentem inquisitionem remaneat ratio-
nable dubium, aliquid defuisse circa
debitam intentionem, materiam, aut
formam, rebaptizare debes sub hac
conditione, si non es baptizatus. De-
prehensum est, non modò ab aliis ru-
dioribus; sed etiam ab obstetricibus
peccari in baptizandis infantibus;
quod multi, quæ necessaria sunt, igno-
rant, quod nonnullæ instinctu dæmo-
nis, aut quod res sacras minus æsti-
ment, in necessariis errârint : accedit
præterea in repentinis illis casibus
cauta perturbatio; ut multa tumultu-

D 4

ariè,